Ignorantia Diſpeſcitur ab Objecto in Ignorantiam

- *Juris*
  - *Naturalis. v. pag. præc.*
  - *Civilis*
    - *Quamvis Conſvetudinarii. v. pag. præc.*
    - *Et*
      - *Nocet*
        - *In lucro captando* ſ. noviter acquirere volentibus. *L. 8. ff. h.* e. g. per uſucapionem. *l. 4. ff. h. l. 42. §. 1. ff. d. Uſucap.* bonorum poſſeſſionem. *l. 9. §. f. ff. h. quod ſecus eſt*, vi privilegii, *in minoribus* qui reſtituuntur. *l. 11. C. h. l. 9. ff. h. j. l. 3. §. 2. ff. ad SCt. Mac. militibus. l. 9. §. 1. ff. h. ruſticis. l. 8. C. qui adm. ad bon. poſſ.* Huber. *in Præl. ad π. h. p. 2. non* tamen *mulieribus. l. 11. C. h.* proinde bonorum poſſeſſionis. *l. 3. C. h. l. 11. C. h.* vel inveſtituræ petitionis omiſſio ipſis detrimento cedit. Struv. *S. J. F. c. 10. a. 7. n. 3. ubi præj.*
        - *Non in damno evitando*, ſive quis ſuum retinere ſ. repetere velit. *l. 7. l. 8. ff. h. l. 25. §. 6. ff. d. H. P. l. 8. C. h. modò* nihil detrahatur alterius juri quæſito, ignoratumque ſit Jus haud vulgare. *a. l. 1. ff. ut in poſſ. leg. j. l. 9. §. 3. ff. h. Plenius* autem, *quàm reliqui, beneficio iſto fruuntur*
          1. *Minores 25. annis. l. 9. ff. h.* etiam in delictis ex mere civili principio dependentibus. *l. 1. l. 2. C. Si adverſ. del.*
          2. *Mulieres*, ob infirmitatem ſexus, *in quibusdam cauſis. l. 9. ff. h. l. f. C. h. ut ſi* (1.) legatum ſibi adſcripſerint. *l. 15. §. 5. ff. ad L. Corn. d. falſ.* (2.) Inceſtum Juris Civilis commiſerint. *l. 38. §. 1. 2. ff. ad L. Jul. & adult.* (3.) Se fiſco detulerint. *l. 2. §. f. j. l. 13. ff. d. jur. fiſc.* (4.) Accuſationem deſeruerint. *l. 4. ff. ad SCt. Turpil.* (5.) Inſtrumenta exhibenda non ediderint. *l. 1. §. f. ff. d. edend.* (6.) Pro alio fidejuſſerint. *l. 8. §. 1 ff. qui ſatisd. cog.* Schilt. *ad π. Ex. 35. §. 37.*
          3. *Milites* ob imperitiam & ſimplicitatem armatæ militiæ. *l. 1. C. h.*
          4. *Ruſtici*, ſive pœnam contumaciæ evitare velint. *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non iver.* ſive ſe detulerint. *l. 2. §. f. ff. d. jur. fiſc.* ſive inſtrumenta exhibenda non ediderint. *l. 1. §. f. ff. d. edend.* ſive æquitas eis ſubveniri arbitrio judicis imperet. *a. l. f. C. d. teſtam. j. l. 8. C. qui adm. ad bon. poſſ.*
      - *Etiam minoribus, mulieribus, militibus, ruſticis quando gravis negligentia ipſis imputari poteſt*, eò quod facilè Jus ſcire potuerunt, utputa ſi JCti copiam habuerunt, ſuave prudentia inſtructi fuerunt. *l. 9. §. 3. ff. h. j. l. 2. §. 43. ff. d. O. J.* adeoque tum parcius illis ſubvenitur. *d. l. 9.* Hahn. *ad Weſ. h. verb. militibus.*
      - *Ea ab allegante probanda eſt, cum non præſumatur. l. 12. C. h. l. 9. §. 2. ff. h.* Struv. *S. J. C. Ex. 28. th. 57. Præterquam* in his, quibus Jus Ignorare permiſſum. *C. 47. d. R. J. 6. ibique* Peck. *n. 1.*
- *Facti*
  - Qua quis factum, vel ſingulares facti circumſtantias, neſcit. e. g. an aut quando Cajus deceſſerit. *l. 1. §. 1. ff. h.*
  - *Eſtque Facti vel*
    - *Proprii*
      - Qua quis ſuum factum ignorat.
      - *Et*
        - *Regulariter nocet. l. 7. ff. ad SCt. Vellej.* ſed *Exceptioni Locus eſt, ſi vel*
          - *De damno vitando certetur citra cujusque injuriam. l. 22. ff. d. cond. ind. j. l. 7. C. h.* ut ſi Paulus, quæ Titio promiſerat, Chriſippo per errorem ſolvat. *d. l.*
          - *Probabilis ſit hæc ignorantia ob circumſtantias*, veluti propter materiam intricatam. e. g. calculum difficiliorem. *l. 47. §. 1. ff. d. pact. l. 7. ff. d. confeſſ.* negotii antiquitatem. *a. l. 44. ff. d. acqv. vel am. poſſ.* turbatam morientis memoriam. *a. l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. j. l. 12. ff. d. probat. j.* Eckh. *ad π. h. t. §. 2.*
        - *Non Præſumitur*, ſed probanda eſt. *a. l. f. C. d. hær. inſt.* Struv. *S. J. C. Ex. 28. th. 6.*
    - *Alieni*
      - Qua quis factum alienum neſcit.
      - *Eaq;*
        - *Non nocet. L. 2. L. 9. ff. h. l. 46. ff. d. acqu. vel am. poſſ. l. f. §. 1. ff. pro ſuo.* Niſi ſit vel craſſa. *L. 6. ff. h.* vel affectata. *a. L. 19. ff. d. R. J.*
        - *Præſumitur.* e. g. in hærede circa factum defuncti. *C. 14. d. R. J. 6.* adeoq; adverſario ſcientiæ probatio incumbit. *C. 47. d. R. J. 6.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn336914644/352 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG